בהנוא:

Introductio.

PHysicam absolvi Partibus & Generali, qvæ corpus naturale in genere considerat, ejusq; causas & affectiones exhibet; & Speciali, qvæ corporis naturalis species perpendit, earumqve causas & affectiones repræsentat, notissimum est è doctrinâ de Naturâ & Constitutione Physicæ. Qvia ergò Pars physicæ Generalis duo cummaximè tradit, Causas nempe & Affectiones Corporis Naturalis, ante omnia Causas perpendamus habemus necessum, & qvidem primò *in genere* in hac; deinde verò *in specie* in subseqventibus disputationibus Sit igitur Bono cum DEO.

SECTIO PRIMA

Hujusq;

Caput Primum,

Explicans

Definitionem Causarum Corporis Naturalis in genere,

qvæ est

Causæ Corporis Naturalis sunt principia; qvæ in esse illius influunt.

§. 1. Communiter in principio statim Physicæ de Principiis physicis, alienis, falsis & inexplicabilibus, ceu infra tradituri sumus, agere solent, Meliùs verò & concinniùs nos de Causis Corporis Naturalis. Enimverò, qvia Physica est Scientia, Scire autem est rem per causam cognoscere, qvemadmodum *Aristoteles ipse l. 1. c. 2. & c. 14. Analyt. poster.* scribit:

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG